

tur. Nec ecclesia condendi canones potestatem habet, cum canon significet regulam, ad quam pii vitam suam accommodare debent. Nam si veri-[113:]tas odium non pariat, multiplicitas canonum et traditionum in conciliis valuit hactenus ad destructionem ecclesiae nec non ad stabiliendam superstitionem.

5 Transeat locus „de ministris ecclesiae“¹⁶³

IX. De pontifice summo et episcopatu.¹⁶⁴

Agnosimus 1) primum cum libro Interim ex scriptura sacra, quod ecclesia sit unius capituli, Christi, unum corpus, Eph. I: „Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quae est corpus eius.“¹⁶⁵ 2) Deinde eiusdem capituli Christi donum vere diuinum agnosimus, quo dedit ecclesiae suae non tantum
10 apostolos, prophetas et euangelistas, sed etiam pastores, doctores, episcopos etc.,¹⁶⁶ quibus mandatum est, ut verbo Dei pascant gregem Christi non affectantes lucrum et eodem regant ecclesiam Dei non dominium exercentes, cum habeant ipsum dominum nostrum, Iesum Christum, quem diuus Petrus non
15 tantum pastorem et episcopum animarum nostrarum,¹⁶⁷ sed etiam principem pastorem,¹⁶⁸ se vero presbyterum et testem passionum Christi vocauerit.¹⁶⁹ 3) Protestamur et hoc quoque non solum coram hominibus, sed etiam in conspectu Dei et sanctorum angelorum,¹⁷⁰ quod, si Romanae ecclesiae episcopus, quem alioqui pontificem et papam vocant, talis esset, ut in albo
20 pastorum et episcoporum Christi iure censi posset siue [114:] Romae, siue Eugubii maneret, nos non tantum – cum diuo Hieronymo¹⁷¹ – cum aliis piis et veris episcopis, qui verbo Dei gregem pascunt, qui neque lucrum affectant neque dominium exercent, cum eiusdem meriti et paris honoris esse praedicaremur, sed etiam iuxta fraternam charitatem et humilitatem ipsius pedes
25 exosculemur et Romanam ecclesiam, si non catholicam, tamen catholicae ecclesiae praecipuam partem proclamaremur, si talis esset, qualem diuus Paulus eam praedicauit Rom I, cum inquit: „Quod fides vestra annuncietur in uniuerso mundo.“¹⁷² Sed in hoc articulo sunt ad minus duae positiones, quibus non possumus bona conscientia consentire, cum a tota Christi ecclesia
30 piisque omnibus, qui pastoris vocem audiunt et non alienorum, impugnari merito debent. Altera est de praerogatiua Petri, quantum ad potestatem seu

¹⁶³ Vgl. Augsburger Interim XII, 71.

¹⁶⁴ Vgl. Augsburger Interim XIII, 71. 73.

¹⁶⁵ Eph 1,22f.

¹⁶⁶ Vgl. Eph 4,11.

¹⁶⁷ Vgl. I Petr 2,25.

¹⁶⁸ Vgl. I Petr 5,4.

¹⁶⁹ Vgl. I Petr 5,1.

¹⁷⁰ Vgl. Ps 138,1 (Vulg.).

¹⁷¹ Vgl. Hieronymus, Epistola CXLVI, 1, 7, in: PL 22, 1194 (CSEL 56, 310,17–311,1).

¹⁷² Röm 1,8.